



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 47. Synodi Oratores paulopost ibidem adventantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

runt, quod Synodus, cum necessariis sum- Sæcul. XV.  
ptibus se imparem agnovisset, totum A. C. 1437.  
unionis negotium in Eugenii humeros ex-  
onerasset, ac denique omnes ad diminuen-  
dam Synodi famam, & vilipensionem ejus  
instillandam aptas natasque artes sollicite  
conquisiere; quo factum, ut Imperator  
Græcorum, Patriarcha, aliqui Prælati iti-  
neri sese accingerent, triremibus Papæ  
in occidentem trajecturi.

### §. XLVII.

*Synodi Oratores paulo post ibidem ad-  
ventantes.*

A st insperato nunciatum, alias quoque  
triremes a Synodo missas litori ap-  
propinquare. Condulmerius Pontificiæ  
classis Præfectus hasce naves hostiliter in-  
vadere jubebatur, idque abs dubio feci-  
set, nisi a Græcorum Imperatore prohi-  
bitus fuisset. Ergo Synodi triremes Con-  
stantinopolis portum ingrediuntur, & Le-  
gati excensione facta Græcos conveniunt,  
omnem-

raque spondente acceptaret. vid. *Spondan.* n. 4.  
nec magno apparatu legatos indiguisse censeo, ut  
Græcis Italizæ locum persuaderent, cum ipsimet  
jam antea se non aliam urbem, quam in pallis  
Pontificem inter & Græcos conventis nominatam  
accessuros professi essent.

Sæcul. XV. omnemque lapidem movent, ut eos  
A. C. 1437. pacti cum illis conventi naves, Concili

nomine, paratas concendere compelle-  
 rent. Ipsius Imperatoris Chrysobulum,  
 id est, bullam auream, qua conventione-  
 nem ratam, acceptamque habuit, exhibe-  
 tent, & Autographas publicæ fidei literas  
 ab Imperatore Romanorum, Galliæ, &  
 Arragoniæ Regibus, aliisque Principibus  
 ac Satrapis, quorum terras pertransire de-  
 berent, concessas ostendunt; quibus ma-  
 nifeste dissolvebant ea, quæ ab Eugeni  
 oratoribus perperam objecta fuerant,  
 nempe quod Synodus ob virium suarum  
 impotentiam, Græcos in Occidentem  
 transvehendi provinciam Pontifici reli-  
 quisset. Præterea suggerebant Græcis  
 Bullas & Literas, quas Legati Pontifici  
 tanquam a Synodo emanatas attulissent  
 nonnisi adulterinas, & clanculo signatas  
 esse. Tandem se ad omnia a Concilia  
 cum illis conclusa, per singula capita, nul-  
 lo prætermisso articulo, fideliter exequen-  
 da, Imperatori, Græcisque paratos exhibe-  
 bant.]

### §. XLVIII.

*Imperator Græcorum Basileenses tri-  
 remes concendere renuit.*

*Blond. 3. Decad. 8. in fin.* **V**icit tamen Pontificiorum Legatorum  
 auctoritas, & Imperator horum ac-  
 cete-